

Verf. Tertium etiam Supremos Senatores.

17 Senatûs Supremi Principi Judices posse contra id, quod ex actis constat, juxta veritatem sibi privatim notam judicare, cum Guidone docuerunt Menoch. lib. 2. de Arbitrar. d. lib. 2. cas. 98. n. 12. Orosc. in d. §. veritas, num. 17. Grammatic. decis. 19. col. penultim. Roland à Valle conf. 70. num. 16. volum. 1. Cravet. conf. 144. num. 20. & conf. 198. num. 7. verf. Considero etiam, Becci. conf. 52. num. 89. lib. 1. Bald. in l. 1. num. 6. C. de manum. vindict. Bobad. in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 58. Nevizan. in silva nupt. num. 70. Alex. in l. si is ad quem, ad fin. ff. de acquir. heredit. Rebuf. in proemio Concordat. verbo, Summus, pagin. 8. verf. 5. Mascard. d. concl. 950. num. 7. Avend. respons. 1. num. 11. Burg. de Paz in proemio leg. Taur. num. 262.

18 Contrarium verò sustinent cum D. Covar. Azeved. in d. l. 10. Recopilat. num. 132. Pat. Sanch. de dub. 17. num. 16. Guttier. d. cap. 29. num. 21. Morla d. tit. 2. quest. 1. n. 30. Pacian. d. lib. 1. cap. 67. num. 9. Cacheran. decis. 1. num. 43. Matienç. in dialog. relator. par. 3. cap. 42. num. 2. & alii. Quod certius videtur.

Ibi: Princeps tamen qui potestatem habet.

19 Princeps superiorem non recognoscens, potest contra allegata, & probata, secundum quod ipse privatim certò sciverit, judicare; Pacian. ubi sup. num. 7. Bart. Bald. & Cyn. in l. unic. C. ut que def. Advocat. Pat. Sanch. loc. cit. n. 11. Guttier. num. 16. Matienç. num. 3. Corduba lib. 1. qu. 37. in fin. Morla num. 29. Orosci. num. 12. Mascard. n. 6. Menoch. d. lib. 1. q. 8. num. 21. ubi alii, Avendañ. num. 11. Cacheran. Corrañ. lib. 4. miscellanear. cap. 20. num. 2. Rendina in promptuar. receptar. sententiar. tit. 91. num. 2. qui idem de vicem Principis tenente sentit: Lugo de just. & jur. d. disp. 37. sect. 5. Oportet tamen, ut pateat de privata Principis scientia, ne scandalum oriatur, si contra allegata & probata dampnandus absolvatur, aut absolvendus condemnetur; Aug. Barbof. in collect. ad c. super question. §. quia vero, num. 17. de offic. delegat. Pat. Sanch. d. num. 11. Cajet. 1. 2. quest. 67. art. 2. Sor. de just. lib. 5. quest. 4. art. 2. Atque ita intelligendus Lug. d. sect. 5. dum docet Principi non licere ex sua privata scientia delinquentem occidere, nisi ad vitandum imminens reipublicæ nocumentum: optimum autem consilium, ac pietate plenum est, ut princeps non utatur sua privata cognitione delicti, ad puniendum eum, qui ex actis innocens probatur, nisi immanitas facinoris id suadeat; ut cum D. Covar. in presenti, admonent Sanch. ubi proxime Gutier. num. 17. Corduba ubi sup.

20 Ex hac potestate secundum propriam conscientiam judicandi oritur, ut in causa civili possit Princeps, actori non probanti fide digno, fidem adhibere, contra reum vilem & infamem, ut hunc illi condemnet adversus juris regulam, quâ, actor non probante, reus debet absolvi. Ita Menoch. dicit. lib. 2. cas. 98. num. 10. Masc. tom. 1. concl. 36. num. 20. Pacian. d. lib. 1. cap. 69. num. 7.

21 Ratio supraposita principalis assertionis est, quoniam Princeps, cum judicat, legibus non astringitur ad observandum juris ordinem, cui ex justa causa valet derogare, atque ita non adhibere fidem actorum probationibus, quas falsas esse ipse evidenter cognoscit, Morla num. 27. Imò Princeps debet juxta veritatem, de qua sibi constat, judicare: Menoch. d. quest. 8. num. 21. Dec. conf. 463. in fin. Ruin. conf. 61. num. 26. lib. 5. Brun. conf. 81. num. 1. Patif. conf. 118.

num. 13. lib. 1. Nam cum assertioni Principis publica fides sit adhibenda etiam in Tertii præjudicium Tusc. lit. P. concl. 681. num. 1. D. Lar. alleg. 60. num. 2. 8. Ant. Gabr. lib. 1. commun. tit. de probat. concl. 2. num. 12. Mascard. concl. 139. num. 10. Farin. de testib. quest. 63. cap. 3. num. 82. l. 5. tit. 1. par. 6. l. omnium 19. §. 1. C. de testament. Clement. 1. de prob. ubi plurimos allegat. Barb. in collectan. num. 6. debet veritatem sibi patentem manifestare, & secundum illam, causam definire; propria enim autoritate suam sententiam justificat, quod inferioribus Judicibus datum non est; quare juxta allegata, & probata, judicare coguntur, Menoch. q. 76. n. 2.

Idem, quod in principe, admittit in Praelato 22 Regulari, quoad causas subditorum, Pellizari, supr. tom. 2. tract. 7. capit. 1. numer. 14. Licet Epif. 23 copi debeant ex actis judicare, Bald. in cap. 1. §. Sacramentum, in consuetud. rell. feud. Orosci. in d. §. veritas, num. 16. Jaso in l. 2. in fine. ff. de in lit. jur. Gutier. d. cap. 29. num. 20. Pacian. in addit. d. cap. 67. n. 9. lit. A.

Arbitrator etiam potest negotium sibi commissum juxta veritatem sibi notam definire, Tusc. supr. lit. 1. conclus. 398. num. 21. in fine; Bald. conf. 140. in fin. lib. 1. Sunt aliqui casus, in quibus 25 permittitur Judicibus Principe inferioribus ex sua privata scientia juxta veritatem judicare, quos congerunt Morla à num. 28. Tusc. ubi proxime, numero 19. cum seqq. Mascard. d. conclus. 450. à numero 4.

Ad Num. 8.

Consequenter dicendum est, privatam judicantis 26 scientiam nihil interesse, ut accusatore, aut actore non probante, reus definitivè, vel ab observatione judicii absolvatur, sed ita absolvendus erit, ut acta deponant; Morla num. 26.

Verf. Ex quibus tandem.

Accusatore non probante in criminalibus, quid 27 Judici faciendum, cum de rei innocentia non docetur, maxime disputatur. Sunt qui existimant, causam indecisam relinqui oportere, accusato sub fide jussoribus dimisso, aut sine illis, si ipsos nequit habere, per textum in l. si qui adulterii 34. C. ad leg. Jul. de adulter. ita Salicet. in l. 3. quest. fin. C. ad leg. Jul. Majestat. Paris. de Puteo de syndicat. verbo, Viso de repet. tortur. col. fin. Hippolyt. de Marf. in l. repeti, num. 36. ff. de question. & in prax. crim. §. quoniam, num. 49. Paul. Gilland. de relaxat. incarcerator in rubr. de absolut. innocent. Alberic. in l. Divus Marcus, notab. 1. ff. de offic. Præsid. Alii tenent reum definitivè absolvendum, aut quod ipsi aliqua pœna pro qualitate præsumptionum & indiciorum imponatur, Ant. Gom. var. lib. 3. cap. 13. num. 28. verf. Sed his non obstantibus, ubi latè probat Scaccia de judic. lib. 1. cap. 95. num. 1. Simancas de Catholic. institut. cap. 63. num. 36. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. num. 22. Alii sentiunt cum D. Covar. hic, accusator ab observatione judicii absolvi debere, Menoch. de præsumpt. lib. 1. præf. 93. à num. 2. Jul. Clar. in prax. crim. quest. 62. num. 2. verf. Formæ autem, Pacian. de cap. 67. num. 42. Farin. in prax. crim. tit. de Inquisit. quest. 4. num. 27. verf. Quid dicendum, ubi de praxi refertur; & quid si per torturam purgentur indicia? num. 26.

Ibi:

Ibi: In civilibus sanè controversiis.

28 Quid in civilibus causis observandum sit, actore non probante, non minus controvertitur, sed quod frequentius receptum est, quibusdam propositis casibus apparebit. Primus est, cum lite jam contestata judex terminum probatorium assignat, intra quem si actor de jure suo non docuerit, reus definitivè venit absolvendus, Jaso in l. fin. num. 50. verf. Sed ego intelligo, ff. de feriis, Mascard. tom. 1. concl. 36. num. 58. verf. Decimo ampliatur, Pacian. d. capit. 67. n. 33. 34.

Secundus casus cum terminus ad probandum nullus est datus à jure, vel ab homine (aliquando enim statuto, tempus ad probandum, finiendamque litem præscribitur, Bald. in capit. fin. num. 11. verf. Et hoc verum de jurejur. Pacian. num. 35.) & erit reus ab observatione judicii absolvendus, Bart. in l. admonendi, num. 13. verf. Quarto primò, ff. de jurejur. Pacian. cum multis, numero 43.

Tertius, quando Arbitrator, aut Judex, ex partium consensu delegatus, tenetur intra certum diem causam terminare: nam si actor non probaverit, reus definitivè debet absolvi, terminus enim ille censetur etiam ad probationes assignatus, actorque se astringit ad docendum intra illum de jure, quod habet; quare opus non est, ut terminus specialiter assignetur, Felin. in cap. venerabilis, col. pen. verf. Datur & alia cautela, de judic. Castrenf. in l. properandum. §. & si quidem, num. 9. verf. Adde quod dicit, col. 4. C. de judic. Pacian. num. 50. cum seqq.

Quartus, cum lis contestata non fuit; & tunc reus solum à judicii observatione absolvitur, quoniam ad definitivam, lite non contestata, procedi non potest, nisi in casibus permissis, quorum meminit Glos. verb. regulariter, in capit. quoniam frequenter. §. ut lite non contest. ita Abbas in capit. fin. §. sane, num. 6. verf. Item oportet quod lis, col. 2. de jurejur. Pacian. num. 59. qui materiam istam egregiè, fuseque pertractat.

Ibi: Nec quidquam refert, reum nolentem contestari.

29 Hæc l. 1. tit. de las contestaciones, lib. 3. ordinam. quæ est l. 1. tit. 4. lib. 4. Recopilat. et si in Supremis Tribunalibus non practiceretur, ab inferioribus Judicibus esse observanda, Matienç. supr. cap. 44. num. 6. Avendañ. resp. 1. num. 22. Paz tom. 1. par. 1. tempor. 6. num. 44. 45. Gutier. practicar. lib. 1. quest. 46. num. 2. Did. Per. in d. l. 1. ordinam. Monterof. in sua practica, tract. 5. fol. 82. ad fin. Salazar. de usu. & consuet. verf. Propterea. fol. 13. Bolañ. in Curia. part. 1. §. 14. num. 10. Et si contrarium affirmet Olan. in concord. jur. lit. C. num. 101. Apud quos de praxi præfata constitutionis.

Ad Num. 9.

30 Est opinio communis, quæ docet, sententiam, quæ ex actis nequit justificari, nullam esse; Marefcot. variar. lib. 2. cap. 107. num. 1. Vant. de nullitat. ex defectu proces. num. 14. Grat. disceptat. lib. 3. cap. 531. num. 61. 62. Farin. in civilib. antiq. decis. 665. num. 2. & in novis. decis. 77. Ricci. in praxi for. Ecclesiast. tit. de jur. Patronat. decis. 215. Cyriac. tom. 2. controvers. 280. num. 13. Hermosill. in l. 32. glos. 1. num. 291. tit. 5. par. 5. Peregr. conf. 29. num. 9. vol. 4. Rota decis. 445. Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

num. 8. 1. par. diversor. & decis. 704. num. 2. Quod adeo verum est, ut partium consensu non possit sustineri, Hermosill. ibidem, nec in rem judicatam transitum faciat, Pute. decis. 369. lib. 1. Seraphin. decis. 261. Bellamer. decis. 340. Hermosill. ubi supr. Sed sententia lata ex confessione Judici etiam ut tali facta, de qua in processu non apparet, ex actis justificari non potest. Igitur est nulla. Nec intererit, quod Judex exprimat in sententia, eam confessionem sibi fuisse factam, quoniam ejus dicto credendum non est, cap. cum à nobis 28. de testib. ubi Felin. num. 5. verf. Secunda conclusio, Jaso in libr. 2. §. si absens, num. 10. verf. Ego teneo contrarium, col. fin. ff. si ex noxal. caus. agat, Pacian. d. libr. 1. cap. 48. num. 20. & diximus supr. num. 14. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 13. art. 2. à princ. & verf. Corroboratur.

Quibus non refragatur Buttr. in capit. quoniam 31 contra col. pen. de probat. quem sequuntur Felin. ibi, num. 28. verf. Quintus casus est, col. 14. & alii communiter, dum docent, valere sententiam, qua Judex pronunciat: Absolvo Caium, quia mutuum probatum non est. Quamvis ex actis constet, actorem plenè mutuum probavisse. Hoc enim ideo verum est, quia ab animo, & arbitrio pendet Judicis, quanta fides sit testibus adhibenda; l. 3. §. 1. ff. de testib. qui tamen quoad verba intentionem actoris concludenter probaverint, ipse nihilominus Judex potuit rectè ex trepidatione, aspectu, aliisve circumstantiis, eorum depositionibus non credere, Bart. in l. Lucius in fin. ff. de iis, quest. notand. infam. Bald. in l. cum magistratus, C. quoad. provoc. non est necess. Grammat. plures laudans decis. 34. num. 46. 47. Menoch. de arbitrar. libr. 2. cap. 90. num. 5. Quæ incredulitas, cum lateat, ac resideat in animo judicantis, ex actis percipi impossibile est, imò necessario in his ipsi fides adhibetur, Menoch. sup. lib. 1. quest. 76. num. 12. Jaf. in §. sed. ista, el. 2. num. 54. Inst. de action. Quod aliter se habet in confessione Judici facta, quæ cum actus Partis externus sit, debet ad acta redigi, ut sic sententiam constet esse justam.

Ex quibus redditur difficilis D. Covar. assertio, quæ tamen vera erit, si Judici concessum sit, ut sine scriptis in causa procedat, nam tunc sententia, in qua mentio fiat de confessione facta Judici ut tali, sustinebitur; quoniam ejus dicto credendum est, Bart. in aurb. nisi breviores, in fin. C. de sentent. ex peric. recitand. Pacian. d. lib. 1. cap. 48. num. 78. Jaso in l. admonendi, in 2. lectur. num. 168. verf. Facit ad prædictorum confirmationem, ff. de jurejur. Ant. Gabr. commun. lib. 1. concl. 1. de testib. num. 36. verf. Decimo sexto limita, Crot. de testib. par. 6. num. 218. verf. Octavo, & ultimo fallit. Sed sius, de cujus confessione Judex testatur est, eam negaverit appellans, sententia revocabitur, nisi testibus probetur confessio; licet enim permittum sit in causa sine scriptis procedere, non ideo Judex non tenebitur testes adhibere in eis, quæ substantialia judicii sunt, ut confessio, alioqui de justitia sententiæ constare non poterit: & ita intelligendi sunt præfati DD. assertentes, hujus Judicis assertioni standum esse, & D. Covar. qui Doctrinam istam generaliter tradit, Pacian. supra.

Ibi: Unde ipse infero intellectum.

Exhibitio instrumenti quomodocumque facta 34 Judici minime probat, sed necesse est, ut realiter producat.

A 3

producatur in actis; Abb. in cap. imputari, 2. no-
 tab. de fide instrument. Bart. in extravaganti,
 Ad reprimendum, verbo, de plano, num. 3. Parej.
 cum plurimis, de instrument. edit. tom. 2. tit. 7.
 resolut. 6. num. 6. Maranta in prax. par. 6. actu 8.
 num. 35. Vantius de nullit. ex defectu citation. num.
 55. Gratian. supr. cap. 121. num. 33. & cap.
 725. num. 29. Posti. de manutent. observat. 69.
 num. 22. & observat. 97. à num. 1. nam, ut in-
 strumentum probet, necesse est, ut vel ipsum, vel
 tenor ejus de verbo ad verbum in processu relin-
 quatur, quæ realis productio nuncupatur: Pareja
 num. 2. Oliver Beltram. in Addit. ad Alexand.
 Ludovif. decis. 59. num. 11. Alioqui verbalis est
 productio, quæ ad probationem nihil prodest,
 Pareja num. 5. 6. Unde sententia lata ea instru-
 mento Judici, ut tali, noto, de quo in actis non
 apparet, ut diximus, erit omnino nulla: Parej.
 num. 7. Bart. supr. d. num. 3. ibi: Quia per hoc
 solum quod exhiberetur coram Judice non fieret pro-
 batio. Ex his difficile defendi potest D. Covarr.
 contraria resolutio.

Verf. Septimo sunt, qui in hac difficili.

37 Judex lege charitatis sola obligatur ad liberan-
 dum convictum de crimine, quem ipse infontem
 privatim scit: Sanch. d. dub. 16. num. 13. ubi
 alii, etsi contrarium aliis placeat: videatur
 38 Diana d. resolut. 22. Unde tenebitur ea adhibe-
 re media, quæ sibi valde nociva non sint; non
 tamen cedere Magiftratu, neque bonorum jactu-
 ram pati, quia lex charitatis cum tanto detri-
 mento non obligat, Sanch. numer. 14. Lugo d. disp.
 37. num. 41. 49. Nec cum quis patitur ex malicia
 alterius, compellitur aliquis cum magno incom-
 modo illi subvenire, Sanch. ibidem, Gutier. d.
 quæst. 29. num. 12. verf. Hoc tamen remedium,
 Cordub. d. libr. 1. quæstion. quæst. 37. verf. Secundo
 corollariè sequitur, Jul. Clar. in prax. crim. §. fin.
 quæst. 66. Sot. d. lib. 5. quæst. 4. art. 2. Illud vero
 39 medium remittendi causam ad Superiorem indeci-
 sam, & apud ipsum de innocentia damnandi depo-
 nere, tunc necessariò debet adhiberi, quando vero-
 similis subfit spes, ut per hoc innocens absolvatur,
 non aliàs; Sanch. numero 13. apud quem Cordub.
 verf. Ex hac opinione, sequuntur Sylvest. Alenf. Ta-
 biena, Caiet. Viguer. & alii, quos refert Panormi-
 tan. in cap. pastoralis, de offic. & potest. judic. delegat.
 Angles in florib. Theolog. quæst. de restitut. in just. in
 judicio Commissæ in conclus. quæ incipit: Judex dam-
 nans, pag. 243.
 Similiter, si Judex crediderit, innocenti pro-
 futurum, debet pronunciare, sibi causa non
 40 liquere, non mentiendò; nam pro vita proximi
 mentiri non licet, cap. ne quis, cum sequent. 22. quæst.
 2. Sed utendo abstractione, ut docet Glos. in d.
 capit. ne quis. Et quidem verum est, de causa, ut
 oportet, judici non liquere, cum ex falsitate pro-
 bationum innocens reus convincatur.

Ad Num. 10.

Exequutor non potest exequi sententiam noto-
 41 riè injustam, aut errorem intolerabilem continen-
 tem, Sanch. d. cap. 1. dub. 18. num. 1. Cordub.
 suprâ, verf. Tertio corollario. D. Thom. 2. 2. quæst.
 64. art. 6. ad 3. Gutier. num. 15. Menoch. de ar-
 bitrar. lib. 1. quæst. 38. num. 21. Azeved. in l. 15.
 num. 6. tit. 1. lib. 4. Recopilat. Gratian. Falcon. reg.
 422. num. 8. Navarr. in cap. cum contingat, remed.
 1. num. 7. de rescript. Salzed. ad Bernard. Diaz in

prax. cap. 154. num. 12. verf. Verum. Alioqui 42
 quamvis sententia iniqua sit, ipsique executori
 constet, eam exequi tenetur, Navarr. ubi proximè
 Afflic. decis. 220. Cevall. tom. 3. de cognit. per
 viam viol. glos. 6. num. 237. Gutier. supr. Maranta
 de ordin. judicior. par. 4. disp. 1. à num. 4. Gigas
 de crimin. læse Majest. tit. qualiter in crimin. læse
 Majest. proced. quæst. 16. num. 13. Belluga in spe-
 cul. Princip. rubr. 11. §. tractandum num. 4. Jacob.
 de Grassis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 10.
 num. 23. Panormit. in d. cap. Pastoralis, §. quia
 verò, num. 2. de offic. judic. deleg. Sed si commodè
 potest, se abstinere debet, Gutier. ibidem, Sanch.
 num. 4. & 5. qui alios refert asserens, idem esse, cum
 sententia est juxta acta iniqua non notoriè, ac si
 justa foret secundum allegata, & probata, con-
 tra eum tamen lata, qui innocens est, quod
 ipsi exequutori patet, nam utroque casu tu-
 tè exequitur, si commodè se excusare non va-
 leat.

Verf. Sed & si Judex ordinarius.

Judex etiam ab eo, qui tulit sententiam, ut eam 43
 executioni mandet, requisitus, tanquam exe-
 quutor, non obstante injustitia non notoria, parère
 debet, cum scilicet requisitus de causa illa propter
 incapacitatem cognoscere non potest: veluti Ec-
 clesiasticus auxilium brachii secularis implore in
 causis merè Ecclesiasticis, nam laicus judex ad illud
 impertendum compellitur, nec opus est, ut sibi de
 justitia sententiæ constet: Gail. observation. lib. 1.
 observat. 115. num. 4. Francisc. Molin. de brachio
 secular. cap. 11. num. 25. Paz tom. 2. in preliud. 2.
 num. 7. verf. Quando Judex Ecclesiasticus, Cancer,
 variar. part. 2. cap. 15. num. 12. Carleval. omnino
 videndus pluribus laudatis, de judic. tom. 1. disp. 2.
 num. 772. Imò etsi sciat injuste judicatum, obtem-
 perare constringitur; ut præter laudatos nuper,
 Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. parte 2. §. 2.
 num. 7. Guid. Pap. decis. 574. Navarr. in d. cap. cum
 contingat, de rescriptis, Petr. Barbof. in l. Prætor. 75.
 num. 16. ff. de judic. nisi se possit excusare, d. §. quia
 verò, Sanch. & Gut. ubi proximè.

Quod si Ecclesiasticus in causis mixti fori contra
 laicos illud auxilium postulaverit, cum Judex de
 illis cognoscere possit, nisi de justitia sententiæ
 sibi constet, exequi non tenebitur; atque ita ab
 iniqui decreti executione se abstinere, Azeved.
 supr. à numero 9. Cancer. par. 3. capit. 19. num. 3. cum
 seqq. Bobadill. in politic. lib. 2. cap. 17. num. 175.
 Carleval. cum aliis, n. 775. Idem juris est cum de-
 creti sui, vel sententiæ executionem Judex laicus
 alteri itidem laico Judici literis hortatoriis com-
 mittit, hic enim examinare debet, an justa sit sen-
 tentia ex relatione actorum ad se missa? quam si
 iniquam cognoverit, non exequetur, Carleval
 num. 777. Farinaci. in prax. q. 7. num. 34. 35. Avendañ.
 de exequend. mandat. par. 2. cap. 7. num. 6. Gamma
 decis. 363. à num. 3. Thesaur. decis. 90. num. 7. Et ita
 in Hispania prædicari, testatur Carleval. num. 778.
 qui latissimè hac de re loquitur. At cum Judex re-
 quisitus solum ex privata scientia aliunde quam ex
 actis compertum habet, innocentem fuisse damna-
 tum, aut aliàs secundum veritatem, esse iniquam
 sententiam, eam exequi poterit; Morla in empur. jur.
 d. tit. 2. quæst. 1. num. 37. nisi commodè se ex-
 cusare valeat; ut ex Sanch. & Gutier. nuper diceba-
 mus posse tamen dici, non teneri ad se excusan-
 dum nisi per hoc innocens veniat liberandus, nam
 eadem est ratio de judicante, ac de exequente, Lugo
 tom. 2. d. disp. 37. num. 48.

AD CAPUT II.

An & dolo & cavillationibus in judicio
 uti liceat.

SUMMARIUM.

- 1 Advocatis licet uti in judicio cavillationibus contra
 cavillantes, vel notoriè contra justitiam litigantes.
- 2 Pro tuenda vita propria, vel proximi, non est licitum
 mentiri.
- 3 Mentiri in judicio, quale peccatum sit.
- 4 Reus non legitime à judice interrogatus fateri non
 tenetur veritatem.
- 5 Idem est, si sibi non liqueat, num. juridice interrogatur?
- 6 Etiam legitime interrogatus in foro conscientie non
 obligatur ad fatendum crimen à se commissum.
- 7 Mentiri, cum intrinsece malum sit, nunquam lici-
 tum esse potest.
- 8 Mori prius oportet, quam malo consentire.
- 9 Judex quando secundum juris ordinem interrogare
 censetur.
- 10 Reus est certiorandus de indicis, vel probationibus,
 que sunt adversus ipsum, antequam de crimine
 interrogetur.
- 11 Religiosus similiter potest à prelato interrogatus de
 deitico celare veritatem.
- 12 Excipiens fateri non videtur.
- 13 An liceat in judicio contrariis exceptionibus uti?
- 14 Nullam penam patitur, qui in judicio mentitur,
 nisi sit specialiter à jure statuta.
- 15 Fabricans falsa instrumenta, vel eis scienter utens,
 quomodo puniatur.
- 16 Falsum committit, qui interrogatus tacet veritatem,
 ac si mendacium diceret.
- 17 Juridice interrogatus, an acceperit mutuo centum
 que jam secreto solvit, potest, media abstractione,
 negare positionem.
- 18 Occidens hominem in sui defensionem, licitè negat
 in judicio homicidium cum abstractione.
- 19 Promittens ducere Bertam in uxorem, si superven-
 niat justa causa non implendi, quam probare non
 valet, iura conscientie negat promissionem.
- 20 Quoties justè expedit celare veritatem ad tuendum
 honorem, vitam, vel bona, potest quis id in judicio,
 vel extra, per abstractionem interrogantem illu-
 dere etiam cum juramento.
- 21 Debitor in quinquaginta interrogatus in judicio, an
 centum debeat? nequit simpliciter negare positio-
 nem.
- 22 Contrarium verius.
- 23 An teneatur ad litis expensas, & constituatur in
 mora respectu ejus, quod debet?
- 24 Fur semper est in mora.
- 25 Inficiens in judicio totum, cum partem debeat, pec-
 cat contra justitiam, nisi restituendi animum ha-
 beat, quod debet.
- 26 Non est perjurus qui negat absolute positionem, cum
 plus, quam debet, à se petitur.
- 27 Fallit, si respondeat, se nihil debere.
- 28 Vel si rogetur, an debeat centum, aut minorem
 quantitatem, nam si absolute neget, perjurus
 erit.
- 29 De intellectu cap. 1. de arbit. in 6. & 1. diem pro-
 ferre, §. si plures, ff. eod. qui agunt.
- 30 Arbitria adinstar judiciorum inventa.
- 31 Jura, ut lites extinguantur, maxime student.
- 32 Lites finire, publice interest.
- 33 Intelligitur l. si ita stipulatus 120. ff. de verbor.
 obligat.

- 34 Non est vera conditio, nisi que in futurum con-
 fert dispositionem.
- 35 Dict. §. si plures, locum non habet in estimatoribus
 constitutis ad taxandum rei valorem.
- 36 Idem in testibus dicendum est.
- 37 Quod in arbitratoribus etiam verum est.
- 38 Arbitratores ut negotiorum gestores habentur.
- 39 Intra quam quantitatem valeat sententia judicum
 superiorum, licet tria vota conformia non sint.
- 40 L. inter pares, ff. de re judicat explicatur.
- 41 Decisio d. §. si plures, obtinet, etsi qui in majori sum-
 ma condemnant, expriment, se non consentire ei,
 qui in minori damnavit.
- 42 Expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur.
- 43 Qui promissit jurejurando redire ad carce-
 rem, ubi injustam mortem timet, stare pro-
 missis, aut relaxationem juramenti impetrare
 debet.
- 44 Homo licite ob justam causam vitam propriam pe-
 riculo exponit.
- 45 Jurans se facturum rem illicitam, graviter peccat.
- 46 Similiter, & qui sine intentione implendi cum jurâ-
 mento promittit.
- 47 Limitatur conclusio tradita suprâ num. 34.
- 48 Qui doceant contra præfatam conclusionem, non
 teneri, qui juravit, reverti.
- 49 Promittens absque juramento in præmisso casu ad
 carcerem redire, non obligatur.
- 50 Licitum est, ad evitandum tormentorum cruciatum,
 falso sibi crimen imponere capitale, secluso menda-
 cio, vel perjurio.
- 51 Limitatur in Religioso gravi, ex cujus falsa con-
 fessione dedecus in totum ordinem redundaret.
- 52 Convictus de hæresi, quam minimè commisit, potest
 crimen fateri absque perjurio, aut mendacio, ut
 mortem evitet.
- 53 Famam propriam an quis valeat prodigere?
- 54 Mors omnium terribilium ultimum.
- 55 Vita regulariter famâ æstimabilior.
- 56 Differentia inter actiones tendentes ad mortem di-
 rectè, vel indirectè.
- 57 Judex non potest reum condemnare, ut ipse se occi-
 dat.
- 58 Excepta revelatione divina, nemo potest actum in
 mortem propriam directè tendentem exercere.
- 59 Sampson divina revelatione se interemit.
- 60 Ignorantia invincibilis potest à peccato excusare se
 ipsam occidentem.
- 61 Hæresis Circuitorum circa occisionem sui ipsius.
- 62 Intelligitur cap. non est nostrum, 23. quæst. 5.
- 63 Cuilibet, cui specialiter prohibitum non est, licet
 cibos ministrare justè damnato, ut fame pereat,
 sed non tenetur.
- 64 Utrum justè damnatus, ut fame pereat, possit res-
 puerere cibos sibi oblatos contra judicis voluntate-
 tem?
- 65 Vitam propriam an liceat abbreviare? remissivè.
- 66 Damnatus etiam injustè non peccat eundo ad lo-
 cum supplicii, scalam ascendendo, & similia fa-
 ciendo.
- 67 Justè damnatus ad mortem, potest data opportunitate
 fugiendi, in vinculis persistere, ut moriatur.
- 68 Secus in damnato injustè, nisi ob aliquem finem ju-
 stum evadere nolit.
- 69 An liceat militi belli se exponere periculo, in quo
 se periturum certè cognoscit? remissivè.
- 70 Justè captus, vel ad mortem damnatus, promittens
 cum juramento, aut sine illo ad carcerem redire,
 tenetur servare promissa.
- 71 Carceratus justè, vel injustè, fugere licitè potest.
- 72 Fallit in Religioso per suum Prelatum justè capto,
 qui fugere nequit, nisi carcer acerbus nimis sit, aut
 timeat